# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


# Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196


**Lugo, Juan**



**[S.l.], 1632-1633**


Sectio II.


urn:nbn:de:bsz:31-116360



Visual Library

dicent in illo casu hoc esse diversam actionem qua Deus producit illam co=gnitionem, quae actio terminat tale decretum producendi illam cognitionem, quia videt existentem volitionem. E contra vero quando cognitio illa praecedit volitionem tibi vel erit diversum decretum intrinsecum Dei, vel si hoc ter=minatur per actionem extrinsecam erit diversa actio qua producitur co=gnitio illa nocumenti non ex motivo volitionis tibi existentis, sed potius ex mo=tivo ut voluntas creata deterreatur a volitione tibi, quae diversitas actionum vel decretorum Dei sufficit ad dandas illas diversas denominationes volitionis praecedentis vel subsequentis cognitionem nocumenti. Adde ad defendendam nostram rationem hoc permitti quod variata qualibet cognitione varietur intrinsece actus volitionis, et quod volitio intrinsece dicat ordinem ad cognitionem diversam praecedentem, adhuc esse posset aliquando idem actus qui nunc est liber esse non liber, nimirum quia existentibus iisdem cognitionibus in meo intellectu potuisset Deus nolle dare concursum indifferentem ad actus voluntatis oppositos, sed determi=natum ad solum unum actum, in quo casu ille actus non esset liber sed necessarius per denominationem extrinsecam a negatione concursus divini indifferentis praeparati in actu primo.

## SECTIO II.

### Dissolvitur aliud argumentum recentiorum contra doctrinam praecedentem.

Alii recentiores rejectis aliis fundamentis aliud de novo excogitant ad probandum libertatem esse entitatem actui secundum suam entitatem in=trinsecam; argumentum autem est huiusmodi: actus liber ut liber est obiectum specialis complacentiae et displicentiae Dei, quam non terminat actus quando fit sine liber=tate et quatenus liber sit aliquam perfectionem aut imperfectionem intrinsecam quam non sit actus necessarius. Consequentia patet, quia complacentia Dei supponit in obiecto bonitatem aut perfectionem. Antecedens vero constat: quia alioquin non praemiaret Deus specialiter illum actum nisi Deo magis placeret quam actus necessarius et terminat aliquam specialem complacentiam Dei. Hoc argumentum late urget et prosequitur P. Hurtado disp. 15 de beatitudine sect. 16. § 5. et seqq. cuius sen=tentiam impugnat ex professo P. Koningh de moralitate actuum supernaturali=um lib. disp. 2. dubio 8.

Dices hoc non arguere libertatem esse aliquid physice intrinsecum in actu, sed ex libertate resultare quandam bonitatem moraliter intrin=secam quae terminet illam complacentiam Dei. Sed contra hoc est, quia illud morale vel resolvitur prout distinguitur ab ente physico est vere nihil, nam inter ens et nihil non datur medium nec potest esse aliquod verum ens quod physice non existat, et si Deus complacet sibi in eo actu propter bonitatem quam actus habet videt aliquid de novo physicum quod antea non erat. Confirmatur: quia habere hanc bonitatem moraliter

intrinsecam

intrinsecam nihil e aliud quam ita ee amabilem p bonitatem extrinsecam ac si eam haberet intrinsecam, ideo dicitur ee intrinseca moraliter, ide aequivalenter, hoc a. n tollit quin vere sit extrinseca, e per consequens qd placeat Deo p meram bonitatem extrinsecam, qd tn videtur repugnare, qa quicquid e extrinsecum actui e necessarium e antecedit libertatem Ergo illud extrinsecum n e actus amabilis. ptr conseq: qa p qd vnumqdq e amabile, illud e magis amabile, sed illud extrinsecum n e amabile cum sit entitas necessaria Ergo illud formaliter n e amabilis actus, sed p aliquid intrinsecum qd in se hat.

Pro solutione adverte obta quae terminant complacentiam ee in duplici differentia; aliqua e. entitas simplex ut Angelus cuius entitas simplex placet p perfectionem intrinsecam quam in se ht, alia est composita quae placent n p perfectionem quam hnt singulae partes secundum se sed p perfectionem resultantem ex earum coniunctione. hoc modo placet pulchritudo quoad aggregatum diversarum partium habentium proportionem inter se, in quo aggregato n placent singulae partes secundum se sed prout coniunctae cum caeteris, nam idemet nasus si eet sub alia fronte breviori displiceret, qa eet deformis e improportionatus, idem vero nasus nunc placet, qa coniungitur fronti sibi proportionato, quare in pulchritudine n placent singulae partes secundum se sed aggregatum, hoc e, qd ocs simul sint in eodem corpore. sic prorsus se ht bonitas e malitia moralis in voluntate, et e. pulchritudo o deformitas voluntatis quae placet vel displicet Deo. componitur a. haec pulchritudo ex suis partibus scilicet ex advertentia raois seu libertate in actu 1mo e ex volitione obti in actu 2do. ex vtraq parte resultat pulchritudo placens Deo cui n placet eo genere complacentiae advertentia raois secundum se, sed coexistentia vtriusq seu qd illa volitio eliciatur quando adest raois advertentia. itaq ipsa advertentia secundum se n placet, sicut nec nasus secundum se, qa ex se indifferens e ad componendam pulchritudinem vel deformitatem moralem cum volitione boni vel turpis obti, nec etiam volitio secundum se placet, sicut nec frons secundum se, tum qa de se indifferens e vt sit vel n sit bona existente vel n existente advertentia raois, placet tn coexistentia illius volitionis cum advertentia p pulchritudinem resultantem ex vtraq parte simul; hoc supposito ad argtm propositum Rx facile distinguendo consequens Ergo actus liber ht aliquam perfectionem intrinsecam quae sit adaequate intrinseca volitioni nego, quae sit intrinseca aggregato ex volitione e advertentia concedo. e quidem quicquid sit de facto, n videtur tn poe negari de possibili ad pulchritudinem moralem sufficere eiusmodi bonitatem compositam, sicut sufficit ad pulchritudinem naturalem.

Confirmatur solutio ad hoiem in sententia horum Authorum qui admittunt omissionem puram liberam e malam malitia morali, nam in omissione sacri n potest inveniri aliquid intrinsecum e entitale a quo illa omissio sit mala, eadem e. eet negatio sacri licet n eet praeceptum vel advertentia

nunc a.

nunc a. illa omissio dicitur mala ab advertentia rõis ẽ pcepto quæ est aliquid extrinsecum, ẽ pp. hoc displicet Deo illa omissio quæ secundum se n̄ displiceret.

Confirmatur item ex eodem exemplo. qa quando quis omittit sacrum peccatum cum poet audire duas Missas quæ simul celebrantur in eodem loco, tunc ille nõ hĩ duas omissiones unam unius Missæ alteram alterius, ẽ qui= dem singulæ omissiones secundum se n̄ st ~~hic~~ malæ, qa poet licite n̄ audire hanc Missam audiendo alteram, nunc a. una omissio denominatur mala ex consortio alterius, ideo ẽ. ẽ mala omissio huius Missæ, qa datur etiam omissio alterius ẽ econtra. Ergo aliquid qd secundum se n̄ ẽ malum moraliter poet se malum ẽ displicere Deo ex consortio extrinseco alterius etiam in eorum sententia.

Contra hanc solutionem poet multa opponi ex quorum solutione melius ipsa pcipietur. Primo ergo obycies: sequi ex ipsa Deo n̄ solum displicere actum opp. Dei sed etiam advertentiam rõis pcedentem, qa Deo displicet defor= mitas huius peccati, deformitas a. n̄ solum includit odium sed attentionem ẽ ad= vertentiam rõis. Ergo Deo displicet utraq pars. Consequens ẽ falsum, qa advertentia rõis ẽ aliquid necessarium ẽ volitum a Deo. Ergo illa n̄ displicet Deo: idem argtm cum proportione fieri pt de actu bono. Rx distinguendo sequens. Ergo Deo displicet advertentia rõis secundum se nego, displicet prout coniuncta cum odio ✗ conc.; Deo ẽ. ^non^ displicet qd hõ advertat sed qd coexistant simul advertentia ẽ odium. sicut n̄ displicet talis nasus secundum se nec talis frons secundum se, sed coexistia utriusq, qa resultat deformitas quæ n̄ resultaret si singula eet seorsum, vel si illi fronti subiaceret alius nasus, vel si super eum nasum emineret alia frons. bene ergo stat Deum velle advertentiam secundum se, ẽ tñ n̄ velle coexistiam advertentiæ cum odio.

Sed contra obycies 2do. Ergo n̄ debet magis imputari ẽ tribui hæc bonitas vel malitia moralis voluntati quam intellectui, ex illis ẽ. quæ ingredi= untur ad componendam hanc pulchritudinem vel foeditatem unum ponitur ab intellectu ẽ alterum a voluntate nempe volitio. Ergo n̄ debet imputari soli vo= luntati. Rx negando seq: qa licet voluntas ponat solam volitionem quæ se= cundum se n̄ ẽ tota bonitas vel malitia, voluntati tñ tribuitur in ordine ad meritum ẽ demeritum tota bonitas vel malitia. rão a. ẽ, qa in hoc compo= sito ex advertentia ẽ operatõe operatio ẽ quasi foa determinans alteram compartem ad hoc ~~ut~~ componendum pulchritudinis potius quam foeditatis. sicut si unus pictor pingeret frontem indifferentem de se ad faciem pulchram ẽ deformem, alius vero absolveret figuram addendo nasum ẽ os ẽ reliquas partes tales quæ cum illa fronte formarent faciem pulchram, procul dubio huic 2do non primo tribueretur pulchritudo huius figuræ, qa licet ipse n̄ posuerit adæ= quate totam pulchritudinem, determinavit tñ frontem quæ de se erat indif= ferens ut componeret pulchritudinem ẽ foeditatem. ita se hĩ voluntas

quæ

quæ invenit semper potentiam primam partem huius compositi, sed indifferentem ad pulchritudinem et deformitatem moralem, voluntas vero perficit picturam; ideo ipsi tribuitur ad laudem quando adiungit actum proportionatum, ad vituperium vero quando adiungit actum improportionatum et male cohærentem cum iudicio rationis. Confirmatur solutio ex doctrina communi qua explicari solet quomodo Deus non sit causa peccati; quia scilicet licet præbeat concursum sine quo non fieret peccatum, concursus tamen ille prout est a Deo est indifferens ad bonum et malum, voluntati vero creatæ solum tribuitur peccatum, quia determinat concursum Dei ut sit potius ad malum quam ad bonum. sic ergo in præsenti cum advertentia rationis sit de se indifferens ad componendam pulchritudinem bonitatis moralis vel foeditatem malitiæ, ita solum voluntati imputatur bonitas vel malitia, quia ponendo operationem ~~inter~~ hic et nunc determinat indifferentiam alterius compartis ad componendam foeditatem vel pulchritudinem moralem.

Obycies 3tio: Ergo actus internus seu elicitus voluntatis non est aliter malus et liber quam actus externi aliarum potentiarum qui sunt mali et liberi solum denominative. Probatur sequela: quia ideo actus externi sunt denominative solum liberi quia non habent libertatem intrinsecam sed denominantur tales a forma extrinseca, eodem autem modo se habent actus ~~ex~~interni in nostra sententia; Ergo non sunt formaliter liberi aut mali sed solum denominative. Respondeo negando sequelam et ad probationem dicimus actus externos non ideo esse liberos denominative, quia conveniat ei libertas extrinsece utcumque, sed quia non convenit eis immediate sed mediante alio exercitio libertatis cui convenit illa denominatio immediate; sicut paries dicitur denominative visus quia hæc denominatio convenit parieti solum mediante albedine, cui licet non conveniat totaliter convenit tamen immediate et formaliter, ita actus voluntatis dicitur formaliter et immediate liber licet non totaliter.

Obycies 4to: si libertas vel bonitas non est adæquate intrinseca in actu voluntatis; Ergo non poterit denominari bonus actus elicitus ac ipse actus voluntatis, illud enim est bonum quod Deo placet, Deo autem non placet actus voluntatis secundum se sed complexum ex ipso et advertentia rationis; Ergo bonitas moralis non convenit soli actui voluntatis sed etiam advertentiæ rationis. Respondeo negando sequelam: nam licet bonitas moralis componatur intrinsece ex utraque parte, non tamen eodem modo sed ex una indifferenti ad bonitatem et malitiam, ex altera nempe ex volitione ut determinante compartem ad faciendam pulchritudinem moralem, ideo denominatio boni tribuitur soli volitioni, quia est actum bonum et fieri iuxta regulam rationis, hæc autem denominatio convenit soli actui voluntatis, ut constat. nec novum est aliquam denominationem quæ involvit duas partes convenire solum uni, sic enim dicitur etiam cognitio vera quæ denominatio etiam partim extrinseca cognitioni, quatenus includit existentiam obiecti cui conformatur cognitio, et tamen sola cognitio dicitur vera veritate formali non obiectum, sic etiam bonitas

moralis

moralis e conformitas operoris cum regula raois, e ideo sola operatio voluntatis dicitur moraliter bona, qa ipsa sola e conformis regulae raois, licet haec conformitas involuat etiam regulam raois ita dictantem.

Sed contra obiiciunt vlto: quando aliqd obtu placet, aliquid etiam illius aliquid debet placere v: g: si amatur obtu pulchrum debet amari etiam ipsa pulchritudo, e sic de alys, sed actus voluntatis honestus placet Deo n secundum se sed ppt libertatem qua fit & ipsa etiam libertas placet Deo. Consequens. a. e falsum, qa aduertentia raois n placet Deo hoc genere complacentia cum sit entitas necessaria & fōā quae immediate denominat volitionem liberam n e aduertentia raois, sed aliquid intrinsecum ipsi volitioni.

Rz admissa maiori e minori dicendo jmam cseq: libertas e. actus boni vere placet Deo, ad impugnaoem vero dicimus n placere Deo aduertentiam raois secundum se e seorsim, vt iam diximus, sed libertatem complete sumptam, quae e rao fōālis pr quam placet actus bonus, libertas a. n e aduertentia raois secundum se, sed entitas volitionis in recto involuendo aduertentiam e caetera requisita in obliquo, qd totum placet Deo per modum fōtis e pp illud placet ipsa volitio, qa e caa determinans vltimo ad illam pulchritudinem moralem.

# SECTIO III.

## Expediuntur alia quaestiones de voluntario libero.

Dubitatur jmo: vtrum voluntas in oibus actibus liberis determinetur ab aliquo iudicio practico. affirmant aliqui quos refert Suarez j tomo. metaph. disp. 19. sect. 6. e Salas in psenti tract. 3 disp. j sect. 20 § 5. ex ys aliqui ponunt illud iudicium ee affirmaoem vel negaoem quatenus dictat: hoc e faciendum hic e nunc. aly vero volunt ee actum quendam imperantem qui explicatur per has voces: fac hoc, quem dicunt ee actum Illectus distinctum ab apprehensione, iudicio, e discursu.

Haec sententia merito impugnatur a dictis Authoribus potissimum a. fundamentum contra illam desumitur ex libertate voluntatis quam oio tolleret de medio, nam illud iudicium practicum vel imperium e tale quo posito voluntas determinatur ad obediendum ita vt n possit illi in sensu composito resistere, e aliunde illud iudicium vel imperium n pendet a voluntate & voluntas n operatur libere sed ducitur necessario ab Illectu. qd si velis illud iudicium vel imperium poni dependenter ab ipsa voluntate, tunc petam de illo pro actu libero voluntatis a quo dependet illud iudicium: an praesupponat aliud iudicium vel imperium determinans: si praesupponit redit argum supra factum, vel dabitur processus in infinitum. si n praesupponit & sicut potest ille jmus actus liber voluntatis fieri sine iudicio practico determinante, ita poterit 2us e 3tius.

Dicent aliqui iudicium illud practicum dependere a voluntate, qa

voluntas